



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 3. In omnibus lucet ordo superiorum & inferiorum. Sic quoque decretum est, in omnibus legibus, naturali, scripta, & Euangelica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

qui in mundo non agnoscunt si periorum, quoad temporalia, vnde & vocantur supremi ac independentes Domini. Legislator sunt Senatores Republica, & Auditores Conciliorum: illi quippe sunt, per quos disponuntur & explicantur statuta. Principes sunt Prætores, & gubernatores, qui præsent in particularibus republicis. Potentes sunt, quicumque alij ministri iustitiae, qui aliqua polent in Republica auctoritate. In his omnis concluditur potestas. Et hæc omnis potestas, ait Deus, à me dependet, omnes sunt mei substituti, à Rege vique ad abiectissimum apparitorum. Non est potestas nisi à Deo, Et consequenter nemo est, qui non sit subiectus suis superioribus, sic vt, nullus sit, qui non sit Deo subditus. Hoc est tam ne essentium, vt sine illo mundus perderetur. Optime Spiritus sanctus: *ibi non est gubernator, populus corruet. & doctis declaratur à D. Chry. similitudinibus: Sicut si gubernatorem à nave separaueris, scapham submersisti, & si ducem ab exercitu abieceris, victos hostibus tradisti milites, ita si principes in civitatibus aufereris, feris irrationalibus magis irrationabilem agemus vitam, &c. Quod in domibus faciunt lignorum contignationes, hoc Principes in civitatibus, sicut si illas sustuleris, dissoluti parietes per sese corruunt, sic etiam si ex mundo Principes tollas, & eorum metus, &c.*

prim. 11.  
D. CHR.  
11. 6. ad  
pp. 20. 5.

§. 3. In omnibus lucet ordo superiorum & inferiorum. Sic quoque decretum est, in omnibus legibus, naturali, scripta, & Euangelicis.

**V**oluit habere Deus in mundo suos Vicarios, quoad regimen mundi, aliquos in spiritali, quosdam autem in temporalis. Omnes hi communicata sibi à Deo vigent potestate, quæ de illo, vt primo principio ac origine derivatur de vno ad alios, vnde tanta est diuersitas Præsentium, sunt enim maiores, & minores, supremi & subalterni. Et omnibus satis est manifestum (inquit Apostolus) ita hæc fieri debuisse, cum enim sit mundus Dei manuum opificium, ita illud facere oportuit, vt quædam esset ordo, certusque omnium concentus: *Quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt.* Non produxit Deus multitudinem sine ordine, hoc enim esset quædam indecens confusio: *Multitudo sine ordine est confusio*, vt aiunt Philosophi. Proinde quia inconueniens erat esse confusio in his rebus, quas Deus creat, in omnibus his admirabilem Hieron. Ep. de Lantuz. Tom. II.

planè decreuit ordinem statitque concentum. Dedit mundo principium duo produces genera creaturatum, vnum si spirituale, corporale alterum: *Vtramque in principio condidit creaturam spirituales, & corporales*, ambas vero miro statuit ordine. Creaturas spirituales, Angelos dicitur quosum tantam creauit multitudinem, vt eorum numerum velot innumerabilem habuerit, amicus ille Iob: *dum ait: Numquid est numerus 206. 25. 7. militum eius.*

Illos nihilominus tam congruo disposuit ordine, vt aprior non possit confiditari: illos etenim in tres dispersit hierarchias, & earum vnamquamque in tres choros, vt simul nouem constituantur: quia vero tam apto sunt ordine distributi, Ordines nominantur. Suprema Hierarchia est Seraphinorum, Cherubinorum, & Thronorum. Media complectitur Dominationes, Virtutes, ac Potestates. Infimam faciunt Principatus, Archangeli, Angeli. Et eò quod omnem superet intellectum hic ordo, Deus Iob amico suo proposuit, vnum comprehendere posset illam dispositionem tam numeris omnibus absolutam, quæ ratione omnes illi spiritus sic miro ordine disponantur, vt quidam sint superiores, alij inferiores; inter alios, quidam illuminent & non sint illuminati alij sint illuminati & non illuminent: Et quomodo vna hierarchia sit altera superior, similiter & singularum hierarchiarum chori ex superioribus & inferioribus constituantur, ita hocque tanta perfectione, vt nulli sint scalarum gradus, nec illi quos Salomon throno suo regali composuit, nec illi quos viderat Iacob, ita ad perpendicularium circumque directi, vt duo non sint æquales, in eodem gradu, sed omnes ita distributi, vt quidam sint alijs superiores: *Numquid Iob c. 38. nesci ordinem cæli & pones rationem eius in terra? 33.*

Idcirco communi ac frequentiori nomine in sacris literis vocantur exercitus, & ex tanta militum multitudine Deus dicitur. *Dominus exercituum*: nihil enim hic est, quod magis certam requirat dispositionem, quam militum exercitus, qui ordinatur, ac constituitur ex superioribus, qui præsent & imperant, & inferioribus, qui subsunt dicti que obediunt. Vides in his Imperatorem, Magistrum equitum, castrorum præfectum, præfectum vigilum, Tesserarium, Tribunum militum, Tribunum armamentariorum, ordinum ducentem, signiferum, centurionem, &c. Hinc nata eorum spirituum ruina, qui de cælis electi fuerunt, & demones si nullo quod statutum sibi à Deo ordinem seruare, supremamque eius, cuius debebant, auctoritatem ac potestatem agnoscere

Iob c. 38.

reccu

*Iud. 6.* eufarint. Voluerint omnes esse Domini ac superiores; Ita notat Iudas Apostolus: *Angeli vero qui non seruauerunt suum principium, sed dereliquerunt suum domicilium, &c.*

*Gen. 1. 1.* Eodem modo voluit vt in rebus corporalibus debitus ordo seruaretur. Creatura corporalis censetur cæli & terra: *In principio creauit Deus cælum & terram.* Quasi eo ipso decreuerit ordinem superiorum & inferiorum: cælum vt esset superius loco, virtute, motibus, de quo totius esse terra dependeret; ipsa verò cælo in omnibus, ad sui consistentiam ac cõseruationem subderetur. Inter ipsos etiam cælos ordinem posuit, multos enim creauit, quosdam tam alijs subiectos, ac ab alijs dependentes, vt transuersim inter se tam admirabili concentu circumuoluantur, vt ex eo somniant Philosophi suauissimam quandam harmoniam oriri, dixitque Cicero, eam gratam, consonam, ac esse modulatam, vt si quis esset in superioribus illis regionibus, illum eorum dulcissimo gratoque concentu in extasim rapiendum: *Illum axem cæli* (asserit D. Ambrosius.) *fert quorundam sermo, quadam perpetui concentus suauitate versari, vt si assuetudo permitteret, sonus eius extremis terrarum partibus audiretur.* Non est verò harmonia, sed ita fixerunt Poëta, per hoc indicantes extremum illum ordinem, proportionem, ac convenientiam, quibus corpora illa cælestia disponuntur, & quam bene quaedam alijs in suis motibus ac cursibus subordinentur ac ab ijs dependant. Omnia igitur, quæ Deus creauit, statuit, vt ordinem ac concentum superiorum seruarët & inferiorum; Tellus cælo subiecta sit, & hoc nedum in communi, vel quoad præcipuam ac maiorem partem, sed quoad omnia, quæ eâ continentur. Terra inferior esset aqua, hæc aëre, ille igne, ille primo cælo, quod est luna, illud secundo, quod dicitur Veneris, hoc tertio, scilicet Martis; hoc quarto, nempe Solis, &c. Et hi omnes cælo stellato, & ceteri omnes vni, quod omnes cælos includit, ac mouet, vocaturque primum mobile, ex cuius motu totius motus pendent vniuersi, tali connexu, quod si hic vel vno instanti deiceret, totum hoc deiceret, contrueretque vniuersum, sicut in horologio cessante motu molæ, quæ spiritum vitæque subministrat, totum confestim quiesceret ac contingeret horologium.

*L. de somno Scipio nis.* *D. AMER. In præfat. super Ps. Rom. 4.* *Gen. 1. 28.* Creatis cælo & terra, creauit in ea animalia, in aqua pisces, in aëre aues, & statim in ijs voluit seruari ordinem. In hunc finem condidit hominem cui ait: *Dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus, quæ*

*momentur super terram. Vt autem nouerit homo, quod & ipse pariter seruare debeat subiectione, ac recognoscere superiorem, statim in ipsa lege natura (vt notat D. Aug.) dedit illi præceptum, quo intelligeret, se habere illum superiorem, cui tota natura obediret, & confestim subiecit viro mulierem: *Sub viri potestate eris.* Et eadem lege natura subiecit filios parentibus, quod sciant omnes, in ea lege seruandum esse ordinem superiorum & inferiorum. Dein accedente tempore legis scriptæ quo cuncta ordine disposuit notiori, hoc singulari cura stabiluit, designans superiores, quibus ceteri subderentur ac obedirent. Proinde hoc promulgauit memoriale perenne: *Facies quodcumque dixerint tui præsumt loco, quem elegerit Dominus & docuerint te iuxta legem eius, sequerisque sententiâ eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram.* Qui autem superbiunt, nolens obedire Sacerdotis imperio, &c. inuertetur homo ille. In lege vero Et angelica hoc ipsum proprio ore pluries confirmauit: Semel dum docuit subiectionem ac obedientiam debitam Romano Imperatori, cui, ob eandem rationem, quod esset Dominus, occurrere deberent, cumque tributus suis agnosceret vt superiori, quocirca Iudæis quandam quoad hoc questionem obijcentibus respondit: *Reddite quæ sunt Cæsari, Cæsari, quia responsione reprobare voluit errorem Iudæis valde familiarem, auctore Iudæo quodam teste Iosepho nomine Iuda Gaulonite, qui in Actibus Apostolorum dicitur Iudas Galilaus, qui hanc mortuus defendebat opinionem, Iudæos, vt populum Dei, liberis ortum parentibus, cui Deus ipse indata legemque præcepserat, non teneri Principibus alijs obedire, nec alios aut Reges, aut Imperatores agnoscere superiores. Error est hic, ait Christus, eo quippe ipso quo Caesar vester est superior, ei debetis & tributa & obedientiam. Iterum in hoc Evangelio, dum ait: *Super cathedram Moysi sederunt Scribae & Pharisei.* Omnia ergo quæcumque dixerunt vobis, seruate & facite. Quibus hoc dicit Dominus: Ipsis Apostolis, discipulis tuis, turbisq; populorum. Illo mouebatur argumento Apostolus, vt diceret: *Omnia anima potestatis superioribus subdita sit.* Quid significat: *Omnia anima?* Dicam tibi, respondet D. Chrysostomus: *si Apostolus, si Euangelista, si Propheta, si Sacerdos, si Monachus, sius quisquam tandem fueris.* In hac vita nullus eximitur ab obedientia superiorum.**

Hæresim respicimus Begardorum, & nostri temporis illuminatorum, eorumque hereticorum quos vidit orbis Christianus, maxime perniciosorum,

sciam, quae docebat Christianum à Christo in tantam assertum libertatem vt non teneatur agnoscere superiorem nisi Deum; specialiter autem eos, qui ad tantum perfectionis gradum ascenderant, vt uullos audiant Praelatos, quos solus Deus intus in cordis viscibus illuminat. O fidei Catholicae defectores: error est, haeresis est. Quamuis sit sanctus, quam perfectus, quantos in virtute feceris progressus: Etiam si Apostolus, si Euang. i. 1. 2. &c. Rationem autem subiungit D. Chryso. Neque enim pietatem subuerit ista subiectio, nec contra perfectionem militat etiam Evangelicam: lex enim Evangelica, lex Moysi, legi naturae non contradicunt. Ex lege naturali manar obligatio obediendi superioribus, illa uero per legem Evangelicam non erat destruenda, sed perficienda, & praeclearior voluntatis resignatione conseruanda. Quando beati in caelo regnabimus, non erunt superiores, qui praecipiant, qui leges scribant: Tunc enim implebitur illud Apostoli: *Euacuabit omnem Principatum, & potestatem, & virtutem, & quod praedixit Isaias: Regnabit Dominus solus.* Porro in hac uita: *Omnis anima potestatibus superioribus subdita sit.* Hinc edocet Apostolus hanc conclusionem: *Itaque qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.* Constituit Deus, vt inferior obediat superiori, mulier marito, filius Patri, subditus Domino, Regi feudatarius: Qui his igitur se opponit, Dei se opponit ordinationi, & consequenter ipse sibi aeternam procurat damnationem: *Qui autem Dei ordinationi resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.*

**§. 4. Super Cathedram. Necessaria est cathedra, in qua ipse Deus nos docet, ubi est uera sapientia.**

**L**icet hoc ita sit, quod in omni genere creaturarum uoluerit Deus ordinem quemdam esse superiorum & inferiorum, singulariter tamen hoc decreuit in statu spiritali, & Ecclesiastico, in quo uoluit vt essent superiores, & Praelati, Curati, Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchae, uelut illustissimi caeli, alij alijs superiores, ac uisus summus omnium Praefes, supremus scilicet Pontifex, tanquam primum mobile à quo deperdet auctoritas motusque ceterorum. Licet autem durum quid esse uideatur ipsa subiectio, quae omnes astringit, nequaquam talis est, sed e contra nulla suauior dispositio, in magnum nostrae salutis beneficium. Ac inter cetera ad eum finem hoc statuit, vt in mundo cathedra uisibilis

erigeretur, in qua sedent superiores, vt nos regant, gubernent, doceantque. Valde luculenter agit Iob (interprete D. Chryso.) de diuina prouidentia, supernaeque dispositione, circa ueram sapientiam, exponens qua ratione illam nobis & doceat & communicet. Quasi querulus introducit, ex eo quod ubi inueniatur sapientia, nesciat: *Habet argentum uenarum principia, & Lib. 28. 1. auro locus est, in quo conficitur: ferrum de terra collitur, & lapis solutus calore in as uertitur, &c. Sapientia uero ubi inuenitur, & quis est locus intelligentiae? Hoc supponit, praecise nobis esse necessariam sapientiam supernaturalem ac diuinam, qua saluemur, sine qua nemo sibi certam promittat uiam ad caelum, nec ueræ consecutionem beatitudinis: dein quod illam n. stris uiribus aut ingenij acumine assequi minime possimus, sed requiri necessario, vt eam nobis Deus infundat, ipse illuminet intellectum. Praclare hoc dixit sapiens: *Quis hominum scire poterit cõsiliu Dei? aut quis poterit cogitare quid uelit Deus, &c. Difficile estimamus, quae in terra sunt, & quae in prospectu sunt, inuenimus eum labore. Quae autem in caelis sunt, quis inuestigabit? Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris Spiritum sanctum tuum de altissimis: &c. & quae tibi placent didicerunt homines: nam per sapientiam sanati sunt, quicumque placuerunt tibi Domine à principio.* Nec enim homo ex se aut scit aut scire potest, quis sit suus uerus finis, nec in quo sua consistat beatitudo: nec ad quid eum Deus in hoc mundo creauerit, nec media, quibus eam possit assequi, nec opus ab illo requirat Deus, nisi Deus hoc illi reuelarit.*

Hinc illa tam sagax, piaque celestis sponsa *Ser. 40. de Verbo. Domini* statim à principio suae desponsationis, hunc spõso suo libellum obtulit supplicem: *Indica mihi seqq. quem diligis anima mea, ubi pasceas, ubi cubes in meridie. Ne uagari incipiam, post greges sodalium tuorum.* Singula uerba suam habent energiam, praesertim si singula in lingua sancta perscrutemur, ac ne discursum fustis extendamus, dico, quod caelica loquatur sponsa, suu pta metaphorã ab illo, qui progressus ad ciuitatem, in qua omnia sua bona haberentur, uiam non sciret, sed hoc solummodo quod uia tantum recta sit ac uera, ceterae uero praecipitiae, & quibus occurrat, ac incidat in tigrides, leones, uros, speluncas serpentum, aspidu, &c. Si uir ille decurreret quadruo, semitis ab omni parte aperto, atq; cerneret tritas, in quarum initio m. lu. adstarent, dicerentq;: *Charissime, haec est uera uia ad uitam, reliquae*

*In catena Graca.*

*Lib. 28. 1.*

*Sap. 9. 13.*

*Ser. 40. de Verbo. Domini*

*cap. 7. &c.*

*Indica mihi seqq.*

*in Cans. 1. 6.*

*I. Similitudo.*

Q 2

